

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. XI. Satisfacit pœnitens suæ obligationi exequendo opus impositum,  
estò memoria obligationis penitùs exciderit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

teria gravi  
potius di-  
cendum le-  
ve, quam  
grave pœ-  
nitentum.

præceptum grave, nam potius dicendum leve, quia obligatio levius. Unde præceptum non dicitur grave, quia de materia gravi, sed quia graviter obligans; & ita verissimum est, quod si involvit contradictionem esse propriè loquendo præceptum, & non inducere obligationem, ita propriè loquendo contradictionem involvere, esse præceptum grave, & non graviter obligare.

235.  
*Ex quo de-  
sumatur  
gravitas  
præcepit*

Igitur non ex sola materia gravi desumitur gravitas præcepti, sed ex materia gravi, & voluntate Legislatoris, quæ est anima legis, à qua proinde lex habet totam suam vim obligandi. Talis ergo erit vis illi obligandi, & per consequens obligatio passiva in subdito, qualis illa fuerit voluntas, obligatio utique gravis, si voluntas fuerit gravis, id est, si Legislator voluerit graviter obligare; leve autem, si voluntas fuerit leve, id est, si leviter voluerit obligare.

Interim lex obligans leviter in materia gravi, non est lex simpliciter seu adæquata capacitate materiae, ut patet, sed potius secundum quid seu inadæquata; talem autem legem esse possibilem, confat ex multis constitutionibus Religionum, que solum obligant ad pœnam, cùa aliquin si voluissent Superiores, obligassent etiam ad actum; cur ergo non possint fieri similes constitutiones, obligantes ad actum sub peccato veniali tantum, tametsi si voluissent Superiores, obligassent sub peccato mortali? Non video in eo ullam contradictionem, quamvis ordinariè Legislator, ut etiam Confessorius, censeatur præcipere adæquatè, id est, graviter in materia gravi, nisi aliud declareret.

236,  
*Sententia  
Medina,  
Confessa-  
tum posse  
leviter ob-  
ligare in  
materia  
gravi, à Su-  
ario voratur  
probabilis.*

Caterū aliter posse facere Confessarium, docet Medina apud Suarium suprà n. 5, qui & ipse eam sententiam vocat probabilem; licet enim, inquit, præcipiens non possit excedere gravitatem materie in imponderabile obligatio-ne; quia hoc superat potentiam, & non penitus ei potest ex sola voluntate; tamen satis probabile videtur, posse obligationem moderari infra materia gravitatem; quia in hoc non se habet tamquam agens naturale, ut necessariò agat secundum ultimum potentia sua. Probabilis ergo videtur hæc opinio Medina. Hac ille-

Ego autem exlimo esse probabilem, sicuti probabilior & communior est sententia, qua docet, Legislator posse præcipere materia gravem sub levi obligatione. Enimvero superius diximus, determinationem quantitatis, & qualitatis satisfactionis, reliquam à Christo arbitrio Sacerdotis, cur non etiam determinatione obligationis debet conferi relata? Nam fieri potest, ut uni expediat ad salutem gravis materia cum levi obligatione, alteri autem gravis materia cum gravi obligatione; si ergo gravis materia absoluē sit capax levei obligationis, inducenda per Legislatorem,

*Auctor ex-  
stimat eam  
probabilis-  
rem.*

quando sic expedit bono communi, cur ne-gabimus illam potestatem Confessori, quando sic fieri expedit saluti pœnitentis? Nullam prorsus video rationem, quæ ulteriorementem reatur refutationem.

Et ideo prosequendo propositam materiam, putà obligationem, quam habet pœnitentis satisfaciendi pro peccatis secundum arbitrium Confessori: quero Primo; an si necessaria intentio satisfaciendi. Secundo; quo tempore tenetur pœnitentis implere suam pœnitentiam. Ad primum questionem Respon-deo & Dico undecimè:

## CONCLUSIO XI.

Satisfacit pœnitens sua obligatio-ni exequendo opus imposi-tum, estò memoria obligatio-nis penitus exciderit.

237.  
*Satisfacit  
pœnitentia  
secundum  
arbitrium  
Confessori.*

Satisficeri posse præcepto audiendi Millum & per consequens alias præceptis Ecclesia-s, abisque intentione satisfaciendi, immo cum intentione contraria non satisfaciendi, tamquam probabile docimus Disp. 5. Sec. final. Concl. 8, ad quam remitto Lectorem. Sed num quid eadem ratio præcepti sacramentalis id est, satisfactionis sacramentalis? Numquid & huc satisficeri potest absque intentione satisfaciendi, immo cum contraria intentione non satisfaciendi?

Ita existimat Sanchez Sum. lib. 1. c. 13. n. 10. sed ubi sic ait: Satisfit (Pœnitentie sacramentali) exequendo opera in pœnitentiam injuncta, non admodum pro alia re non applicetur, est non adhuc intentio implendi pœnitentiam, sed penitus ejus obligatio memorie exciderit. Quia hæc, utpote lex specialis, instar legis generalis obligat. Ex n. 17. ita scribit: Tertio deducitur, idem dicendum esse de Pœnitentia sacramentali injuncta: illa enim verè impletur, si opus injunctum executione mandetur cum expressa intentione illius non implendre, nec opus est, ut mutetur ea intentio, sed factis elicere per illud opus impletam jam esse. Quicunq; pœnitentia ex quadam Confessoris præcepto debeat, idem de illa, quod de aliis præceptis sentiendum est.

Idem docet lib. 4. c. 13. n. 40. Quamvis, inquit, votum vel pœnitentia sunt disjunctiva, nec facta alterius partis electione votens aut pœnitens impletat alteram; immemor voti vel pœnitentie, vel habens intentionem non satisfaciendi illo actu: quia fortè voluit iterum impletare, aut eligere alteram partem, manet liber à voto vel pœnitentia. Quia reverè implet substantiam rei promissa, vel in pœnitentiam injunctæ quoad alteram partem: & volum

238.  
*Contrari-  
am docet  
Valquez,*

Con-  
Tract.  
a Con-  
fessio-  
nem  
sponde-  
junctam  
pleat e-  
pcnis  
quando  
dato Co-  
elò ibi  
diendi  
absque

Pre-  
videt sen-  
tientia Scotti.  
4. dist.  
satisfacit  
voluntar  
missim à  
vel est pu-  
Item n.  
tinus,  
macerati  
illam lab-  
rendam  
occurrit  
satisfacit  
sacramen-  
tatio  
injuncta  
narum l.

Sed q-  
prà; te-  
ri ratione.  
id est,  
tentia;  
inten-  
peccato  
Absolu-  
nullat  
sacramen-  
per co-  
prædicat  
simili-  
ut aliquid  
ut prob-

239.  
*Robatur  
ex ratio-*

Ex  
cepit  
inter præ-  
cep-  
tum  
dieu-  
particu-  
vel illo  
præcep-  
cularem  
tionem  
tentia  
lunata  
particu-  
lem Pa-

Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Cont. II. 945

identia.

ono communi, cui re-  
Confessario, quando  
ti penitentis? Nullam  
in, qua ulteriore m-  
ndo propositum mate-  
rem, quam habet peni-  
peccatis secundum ar-  
quato Primo; an si ac-  
aciendi. Secundo; quo  
nitime implere suam pa-  
m questionem Respon-  
do:

USIO XI.

ens sua obligatio-  
o opus impos-  
emoria obligatio-  
xiderit.

cepto audiendi Missam  
aliis praecepti Ecclesiæ  
satisfaciendi, immo cum  
non satisfaciendi, tam  
nus Disp. 5. Sect. 5. fuit  
rito Lectionem. Sed num  
cepti sacramentali, id est,  
alii? Numquid & huc  
intentione satisfaciendi,  
intentione non satisfaci-  
dum.

z Sum. lib. 1. c. 13. n. 10. Ex parte  
penitentia sacramentalis

penitentiam injunctam  
non applicent, est  
lendi penitentiam, sed  
memoria excedit. Quia  
is, infor legis generalis  
a scribit: Tertio deduc-  
tum esse de Penitentia fa-  
cilla enim vere impletur,  
re cognitione mandetur cum  
ius non implenda, nec  
intentione, sed factis est  
implerat jam esse. Quia  
odam Confessoris pre-  
dicta illa, quod de aliis  
est.

c. 13. n. 40. Quamvis,  
penitentia fuit disjunctiva,  
is electione vovens aut  
am; immemor voi vel  
ens intentionem non fa-  
cilia forte voluit iterum  
alteram partem, manet  
entia. Quia revera im-  
romissa, vel in peni-  
d alteram partem: &  
volum

238.  
Contrari-  
am docet  
Valquez,

votum ac penitentia tantum obligabant ad  
hanc vel illam. Hæc ille.

Contraire docet Valquez Tom. opusc.  
Tract. de Beneficiis c. 4. n. 117. ibi: Dicēs;  
ergo ille, qui accipit injunctam penitentiam  
a Confessore, si solvat illam non animo fa-  
tisfaciendi, non tenetur iterum ad illam. Re-  
spondeo, quod tenetur; quia tenetur ita in-  
junctam penitentiam peragere, ut illam im-  
plete ex virtute Clavium, applicans illam  
penitentis debitis suis peccatis: quod non facit,  
quando illam non implet, ut satisfaciat man-  
dato Confessoris injuncto sibi. Ita Valquez:  
elio ibidem & alibi docet, præceptum au-  
diendi Missam, & alia similia optime impleri  
absque animo satisfaciendi.

Ex videti  
potest fer-  
tentia scoti.

Pro hac sententia videtur stare Doct. Subt.  
4. dist. 15. q. 1. n. 11. ibi: De primo dico, quod  
[satisfactio] est operatio exterior laboriosa vel penalis,  
voluntarie assumpta ad puniendum peccatum com-  
missum a se, & hoc ad placandum divinam offendit,  
vel est punitio voluntarie tolerata in ordine predicto.  
Item n. 14. ubi sic ait: Quia ergo ipse labor con-  
tinuus, et sibi seunium continuum, quia continua  
maceratione carnis, tantummodo inducendas est, ut  
illam laborem subeat in remissionem peccatorum, in-  
tendens illam ab hunc finem referre, saltem quoniam  
occurrit sibi opportunitas solvendi aliquam aliam  
satisfactionem. Loquitur Doct. de satisfactione  
sacramentali. Ergo videtur ad eam requirere  
intentionem satisfaciendi, id est, faciendo opus  
injunctum in remissionem peccatorum seu po-  
narum Purgatori.

239.  
Probatur  
ex intentione.

Sed quo ratio? Quia, ut ait Valquez su-  
pra, tenetur ita injunctam penitentiam per-  
agere, ut illam implete ex virtute Clavium,  
id est, ut sit pars integralis Sacramenti Peni-  
tentia, talis autem non videtur esse sine tali  
intentione, saltem habituali; veluti narratio  
peccatorum, facta Confessario, sine ordine ad  
Absolutionem, aut certè intentione contraria,  
nullatenus confiteri debet, aut potest Confessio  
sacramentalis; & Absolutio desuper data, nisi  
per compedium illa narratio reaassumatur ad  
prædictum finem, est omnino invalida. Et con-  
similiter, ut dolor sit sacramentalis, neccesse est,  
ut aliquo modo referatur ad Sacramentum,  
ut probavimus Sect. 4. Concl. 5.

240.  
Disparates  
intentiones  
præceptum Eccle-  
sie & Con-  
fessoris.

Ex quo videtur colligi diversitas inter præ-  
ceptum universale Ecclesiæ audiendi Sacrum  
diebus Dominicis & festivis, & præceptum  
particulare Confessoris audiendi Sacrum hoc  
vel illo die pro salutari penitentia. Siquidem  
præceptum universale Ecclesiæ nullum parti-  
cularem finem determinat, sed nudam auditio-  
nem Missæ; illa autem ponitur absque in-  
tentione satisfaciendi præcepto; lmō cum  
voluntate non satisfaciendi. At verò præceptum  
particulare Confessoris determinat finem par-  
ticularem, scilicet salutarem seu sacramenta-  
lem Penitentiam, ut patet ex communi praxi

Confessoriorum, qui solent id expressis ver-  
bis declarare dicendi: Facies hoc pro salutari  
sua penitentia. Ergo, qui non vult facere pro  
salutari penitentia, sed ad alium finem, non  
implet præceptum Confessoris: sicut dum  
Prælatus injungit suo subdito, ut celebet ad  
hanc vel illam intentionem, non satisfacit sub-  
ditus celebrando ad aliam intentionem; de  
quo alibi egimus. Præsertim cum Confessorius  
habeat potestatem præcipiendi actus mere in-  
ternos.

Ratio itaque disparitatis: quia satisfactio  
sacramentalis est pars Sacramenti, si non esen-  
tialis, saltem integralis; sicut ergo ad Sacra-  
mentum, sive in ministro sive in sufficiente,  
requiritur aliqua voluntas ministrandi, sive  
sufficiendi, actualis, virtualis, aut habitualis,  
& numquam validè ministratur, aut suscipitur  
Sacramentum cum voluntate positiva non mi-  
nistrandi, aut sufficiendi Sacramentum quæ tale  
est, ut patet ex dictis Disp. 1. Sect. 7. Concl. 4.  
& Sect. 8. Concl. 2. sic itidem non videtur va-  
lida satisfactio sacramentalis, quam exequitur  
penitentis cum positiva voluntate non fa-  
tisfaciendi sacramentaliter. Certè alia ratio  
disparitatis non videtur assignabilis, nisi  
quod satisfactio solùm sit pars integralis, quæ  
an sit sufficiens, relinquatur iudicio Lectoris.

Si dixeris, sufficit penitentem confessisse, 241.  
quando penitentiam acceptavit. Objecisti  
Contraria facit; quia etiam quando peni-  
tens confitetur, habet voluntatem recipiendi  
Absolutionem; & tamen si post Confessionem  
ante Absolutionem habeat voluntatem contra-  
riam & intentionem non recipiendi Absolu-  
tionem, vel non recipiendi eam illa die, non  
erit valida Absolutio, qui confertur invito  
penitenti; ergo eodem modo non sufficit vo-  
luntas præterita ad valorem hujus satisfactio-  
nis; si hic & nunc habet homo voluntatem  
contraria; scilicet quæ vult non recipere in  
hac actione ullam partem Sacramenti. Ita Lu-  
isgo disp. 25. n. 36.

Addit n. 37. adhuc tamen probabile mihi 242.  
videtur, non requiri intentionem in satisfac-  
tione. Probat autem à simili, quia dolor, Probat  
sententia  
Sanchez à  
simili  
qui est pars Sacramenti, potest haberi absque  
memoria præcedente recipiendi Sacramentum.  
Sic ergo dici potest de satisfactione: nam illa  
postea non fit à penitente, tamquam ministro  
operante nomine Christi, sed solùm fit ex  
obligatione & debito propter sententiam, &  
præceptum præcedens Confessoris: ad hoc au-  
tem, ut fiat aliquid ex debito & obligatione,  
non requiratur, quod fiat ex animo satisfaci-  
endi illi debito. Et quidem per hoc præcisè,  
quod fiat opus impositum à Confessario no-  
mine Christi, elevatur illud opus ad effectum  
sacramentalem, causandum per voluntatem  
Sacerdotis præcedentem.

Quod confirmari potest; quia ille penitentis

D d d d d      verè

946 Disput. 7. De Sacramento Pénitentia.

verè satisfecit præcepto Confessarii: posuit enim jejunium, quod præcepit illi Confessorius; ergo posuit totum opus præceptum: nam intentio non præcipitur. Hucusque Cardinalis.

Responso.

Sed responso patet ex dictis, jam enim ostendimus Confessarium præcipere aliquam intentionem, & suo loco diximus, dolorem nullatenus relatum ad Sacramentum, nullatenus esse patrem Sacramenti. Quomodo autem vel Dolor, vel Confessio, vel Satisfactione potest aliquatenus referri ad Sacramentum, si positivè à penitente finis Sacramenti excludatur, & ad alium finem referatur?

**243.**  
Sufficiat ad  
satisfactionem  
intencionem  
habitualem  
lis.  
Dicastillo.

Probatur ex  
Lugone.

Propter hoc ergo argumentum Dicastillo disp. 14. n. 189. existimat probabiliorum sententiam Valsquezii, sic tamen ut sufficiat intentionis præterita, quam habuit penitens, dum penitentiam acceptavit, non revocata per actum contrarium, quæ est intentio quædam habitualis; minùs enim, inquit Lugo suprà n. 38. requiritur in suscipiente, quam in ministrante Sacramentum; quare licet in ministerio non sufficiat voluntas mera habitualis, sed requiratur actualis, vel saltem virtualis, quâd licet & nunc operetur ex illo fine, & ex illi intentione; in suscipiente tamen Sacramentum, hoc non requiriunt; & ideo potest recipere Baptismum validè aliquis dormiens vel amens ex vi voluntatis præterita. Sic ergo sufficiet talis voluntas præterita non revocata, ut recipiatur validè satisfactione sacramentalis, etiam si daretur non satisfacere, quando est revocata per contraria intentionem. Hec ille.

Et ideo ibidem docet nostram Conclusionem, scilicet satisfacere penitentem sua oblationi exequendo opus impositum, esto memoria obligationis penitus exciderit. Consonat Dicastillo suprà n. 194.

**244.**  
Contrarium  
doct. Aver-  
sa,  
& probat.

Dissonat autem Aversa q. 13. de Satisfactione. Sect. 6. in fine dicens: Quâd ratione, nec etiam videtur sufficere intentio habitualis ex actu precedente non retractato, quo acceptavit, & adimplere voluit satisfactionem, sed postea casu, vel ex puro devotione facit tale opus; quin immo requirent intentio saltem virtualis. Quamvis enim in suscipiente Sacramentum sufficiat ea intentio habitualis, quando suscepit est mera passio, ut in Baptismo & similibus: tamen non videtur sufficere, quando importat veram actionem ejusdem suscipientis, ut se habet contactus materiae in Ordine, & sic etiam satisfactione in hoc Sacramento. Et quamvis penitens non operetur ut minister Christi, sicut nempe ille, qui consert Sacramentum: tamen debet operari ex intentione sacramentali, quando ejus operatio acti- vè requiritur. Hactenus Aversa.

Et ibidem sic ait: Si Confessarius alicui imponat, ut præter Missam debitam die Festo, aliam audiat in penitentiam: si is plures Missas

audiat, nullam determinans, non utique per omnes recipiet satisfactionis effectum, ne magis per unam quam per aliam; debet ergo determinare aliquam. Hec ille.

Confirmatur à simili: Si aliquis ex plurimis hostiis, quas habet ante se positas unam tantum velit consecrare, nisi aliquam determinet, nulla erit consecrata; quia non est ratio, quare magis hæc, quam illa.

Respondeo: dissparitas est, quod hostia sit materia essentialis Consecrationis, & confe- 245. crans minister Sacramenti, à cuius sola voluntate dependet determinatio materie, ut potius inde cæ seclusa, nulla prorsus sit ratio, quare potius hæc, quam illa censeatur consecrari. At vero in nostro casu, auditio Missæ in penitentia injuncta, non est materia essentialis Sacramenti Pénitentia, neque penitens propriè est minister Sacramenti, sed potius suscipiens, neque ab ipius sola voluntate dependet materia satisfactionis sacramentalis, sed magis à voluntate Confessarii, qui propriè est minister Sacramenti, eamque determinat: jam autem censem Confessarius determinasse primam auditionem, nisi aliquid obsteret; nam, ut confabili ex dicendis sequenti Conclusione, penitentia debet impleri pro prima opportunitate, nisi aliud Confessarius declaraverit; ergo prima auditio satis determinata est, ut sit pars integralis Sacramenti Pénitentia, si positivè per voluntatem penitentis excludatur.

Quantum ad contactum materiae in Ordine, parvuli validè tangunt, juxta eundem apud Autorum, & communiorum sententiarum, de causa qua suo loco, absque intentione etiam habituali, cur ergo haec non sufficiat in adulto? Ergo similiter in nostro casu. Quamvis enim satisfactione debet esse voluntaria, quia præcepta; & ita non competit parvulis; equidem quia solum est pars integralis Sacramenti, & actus suscipientis potius, quam ministerialis Sacramentum: sicut sufficiunt voluntas habitualis suscipiendo Abolutionem, similiter dolor habitualis, & Confessio habitualis, id est, dolor non revocatus, & Confessio non revocatus, cur iterum non sufficiat voluntas satisfaciens non revocata, ut satisfactione subsequens, per Abolutionem priù elevata ad effectum sacramentalis, verè fit sacramentalis, seu pars integralis Sacramenti Pénitentia?

Non video quid ultra possit objici, quod mereatur responsionem. Et ideo transeo ad secundam quæstiōnem suprà proposicōm, scilicet: Quo tempore teneatur penitens implere suam penitentiam? Ad quam Respondeo & Dico duodecimò:

CON-

**247.** P R a  
Confessaria  
ris per se  
legundo  
non potest  
obligare ad  
executio  
ne penali  
tentia ante  
Abolutionem.  
Absolu  
Suarez  
ad pro  
test, &  
vere,  
denti C  
pius o  
necessari  
lutionis

**248.** Und  
Sententia  
Hincax  
rincx pa  
ne n. 1:  
non poſte  
impleri la  
tante Ablo  
lutionem.  
refidau  
sam, et  
præceder

Sed d  
factione  
verum  
nescio  
taor, et  
penitent  
cens si  
plendi,  
tales fin  
anta A  
impon  
tationem  
non po  
ex quo  
quit Lu  
fieri, et  
abolve  
qu. 1.

**249.** Ad  
Responde  
tur ad ca  
tionem.  
satisfac  
pro illu